



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

A.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

A:

## A B B A S.

1 **A**BBATES ex priuilegio ab Innocentio VIII. concessio, possunt cōsecrare calices, altaria, campanas, &c. non tantum ad usum suarum Ecclesiarum, sed etiam alienarum. Barboza & alij 4. p. 3. tr. 2. ref. 15.

2 Priuilegium quorundam Abbatum, conferendi minores Ordines etiam non subditis, modò fiat ex consensu Episcopi, non est reuocatum per Trident. sess. 23. c. 10. de reform. Sanchez. p. 4. tr. 4. ref. 147. & p. 5. tr. 13. ref. 93.

3 Possunt Clericis sæcularibus sibi subditis litteras dimissorias concedere. Vilalob. & Rodrig. p. 3. tr. 2. ref. 95.

Vide *Prelatus*.

*Abbatissa.*

1 **P**Otest Monialis vidua eligi in Abbatissam; lex enim id prohibens abrogata est per contrarium usum. Portel. & Rodrig. Non possunt tamen Moniales de Monasterio ad Monasterium transferri, sine licentiâ Sedis Apostolicæ, ex Decreto Pauli V p. 3. tr. 2. ref. 99.

A 2

2 MO-

2 Monialis illegitima etiam sine dispensatione potest esse Abbatissa, & quamvis requireretur dispensatio, posset ea concedi ab ipsarum Prælati. Portel & Rodriq. *ibid. resol. 101.*

3 Abbatissa nihil potest præcipere sub excomm. quia caret iurisdictione spiritali. D. Thom. & alij 4. Imò nec in virtute obedientiæ, sed tantum instar matris-familias circa ea quæ ad domesticam gubernationem spectant. Sanch. & alij 7. contrarium tamen est probabile. Salas & alij 5. p. 5. tr. 9. res. 16.

*Abortus.*

1 **N**on licet femina prægnanti, etiam ante fœtus animationem, procurare abortum, ad vitandum periculum vite, vel grauis infamiæ. Sanch. & alij 10. Quando tamen nulum aliud remedium suppeteret, id licere, vel etiam impedire conceptionem fœtus, docet Torrebl. & alij 4. Saltem si post fœtus animationem mater periculose ægrotaret, nec vllum aliud esset remedium, posset ei præberi medicamentum, directe tendens ad curationem, licet indirecte, & per accidens sequatur mors fœtus; quia mater habet  
ius

*Absolutio.*

5

ius ad tuendam vitam per eiusmodi  
medicamenta. Si verò conclamata sit  
salus matris, & fœtus, possunt applica-  
ri remedia ad salutem matris, licet cū  
interitu fœtus. *p. 3. tra. 5. ref. 11. & p. 6. tr.  
8. ref. 37.*

2 Mulieres statim mingentes post co-  
pulam, ad impediendam conceptio-  
nem, secundum quosdam peccant  
contra ordinem naturæ, & generatio-  
nis. Alij hoc frustra fieri volunt. Ego  
puto eas contra conscientiam erro-  
neam peccare, si crederent ita mingen-  
do peccare. *p. 3. tr. 5. ref. 15.*

*Absolutio.*

1 **Q**uando pœnitens vnum tantum  
peccatum confitetur, quod Cō-  
fessarius probabiliter credit non esse  
reseruatum, valet absolutio: nam pro-  
babilis DD. opinio facit, vt Ecclesia det  
Confessario iurisdictionem. Less. &  
alij *p. 2. tr. 15. ref. 29.*

2 Si forma absolutionis varietur ita  
vt proferatur indicatiuo modo, videli-  
cet *volo absoluaris*, non esse nisi veniale,  
eò quòd non fit mutatio grauis, docet  
Hurtad. *p. 5. tr. 13. ref. 34.*

3 Potest Confessarius propter consue-

A 3

tu-

tudinem peccandi, absolutionem differre. Suarez & alij 11. sed non tenetur differre quoties pœnitens verè dolet, & emendationem proponit; nec manet in proximâ occasione extrinsecâ peccandi. Sanch. & alij 2. Et quamvis possit Confessarius imponere pœnitentiam medicinalem ad illam consuetudinem superandam, non tamen potest aliquam imponere subeundam sub cōditione, si pœnitens relabatur. Sanch. & alij 4. p. 1. tr. 7. res. 55. & p. 6. tr. 6. res. 30. & tr. 7. res. 49.

4 Si pœnitens non potest vitare sine magno incommodo proximam occasionem peccandi, potest Confessarius illum absolvere; quia tunc non censetur velle illam occasionem, sed permittere. Imò licet in pœnitente vix appareat spes emendationis, si habeat dolorem de præterito, & propositum de futuro, ex multorum sententiâ, potest absolvi, neque propter recidivum est absolutio deneganda. Viuald. & Sanchius. p. 2. tr. 16. res. 45.

5 Quando pœnitens tenetur deserere occasionem peccandi, putà concubinam, etsi possit ei semel, aut iterum concedi absolutio antè quàm eam expellat,

pellat, rarò tamen id est faciendum. Quosdam tamen casus exceipit Sancius: vt quando concubina esset valde utilis ad bona temporalia, vel etiam ad vitam non molestè agendam. sed an probabiliter, alij iudicent. Possè etiam, quando cum illà amplius non peccat, eam postea inuisere ex fine alendi filios, quãuis inde sit periculum relapsus, docent Sancius, & Castrop. sed cur non possit per alios alimenta filiis præstare? p. 5. tr. 14. ref. 108. & 109.

6 In dubio de capacitate pueri quoad vsum rationis, danda est ei absolutio sub conditione saltem animo retentâ: quia in dubiis fauendum est pœnitenti. Layman & alij 2. post septennium verò absolendus est nisi constet non habere vsum rationis, maximè in articulo mortis. Zambran. p. 4. tr. 3. ref. 53. & p. 5. tr. 3. ref. 68.

7 Quando debitor est in mora soluendi, & sæpius confitetur, neque restituit; habet tamen animum restituendi; si ex illa dilatione non sequitur detrimentum creditori, non videtur peccare mortaliter, neq; est illi absolutio deneganda. Mol. & Bonac. p. 2. tr. 17. ref. 3. Vide *Confessarius*.

*Absolutio ab excommunicatione.*

1 **Q**ui in vnâ diœcesi incidit in excommunicationem latam per ius, aut sententiam generalem, potest, si mutet domicilium, absolui in isto loco, ac si ibidem eam incurrisset, quamuis in priori diœcesi esset reseruata: secus si in priori diœcesi esset excommunicatus per sententiam particularem. Coninck & alij 2. Qui verò in alienâ diœcesi ratione delicti incidit in excommunicationem nunquam potest à proprio Episcopo absolui. Faber. p. 5. tr. 9. res. 8 & 9.

2 Parochus vel alius Confessarius qui potest absoluere ab excomm. latâ à iure, & non reseruatâ, potest etiam absoluere à censurâ latâ ab homine per sententiam generalem, & non reseruatâ. Henriq & alij 7. Porrò à censurâ iuris absoluere potest quilibet Sacerdos qui absoluit à mortalibus. Vasq. & alij 11. *ibid.* res. 4 & 5.

3 Probabile est absolutionem ab excommunicatione à laico, homini moribundo datam, validam esse, ita vt in loco sacro sepeliri possit. Imò nonnulli DD. censent, hominem baptizatum, etiam

*Absolutio ab excommunicat.* 9

etiam hæreticum, & præcisum in articulo mortis absoluere posse ab excommunicatione. (La Cruz. & alij 2.) Negatiua tamen sententia est probabilior: quia solis Sacerdotibus concessa est facultas absoluendi. Auila & alij 9. *ibid.* ref. 7. & p. 3. tr. 4. ref. 133.

4 Non tantum validè, sed etiam licitè potest aliquando absolui inuitus, quando ex circumstantiis prudenter iudicatur hoc vtile ipsi futurum. Turrian. & alij p. 5. tr. 9. ref. 10.

5 Ab excomm. reseruata Papæ, ex delicto etiam publico, absoluere potest Episcopus quando non potest recurri ad Papam nisi per procuratorem, vel epistolam. hoc autem impediunt 1. periculum mortis in itinere. 2. paupertas, &c. Imò neque tunc est necesse recurrere ad legatum, vel nuntium Papæ: quia sublatâ per iustum impedimentum reseruacione Episcopus absoluit vt proprius pastor. Auila & alij. *ibid.* ref. 6. & p. 4. tr. 4. ref. 58.

6 Etsi percussio Clerici facta sit in loco publico, non propterea continuo censenda est enormis, vt Episcopus ab eâ non possit absoluere, nisi duo concurrant vt & notabilis sit iniuria, &

10 *Absolutio ab excommunicat.*

pariat magnum scandalum. Reginald.  
& alij 3.p.2.tr.16.ref.21.

7 Absolutio hæc etiam licitè dari potest sub conditione de futuro, v.g. si cras restitueris. Turrian. & alij.p.5.tr.9.resol.14.

8 Validè absoluitur ab excomm. sine satisfactione partis etiam qui potest satisfacere. Hurtad.& alij 3. quod si dubium sit, vel probabile eum non debere satisfacere, licitè absoluetur. Turrian. Qui autem absolutus est cum teneretur, reincidit in eadem excommun. si postea non satisfaciat. Præpos. et si multi contrà sentiant. *ibid.ref.11. & 12. & p.1.tr.11.ref.22.*

9 Quando committitur potestas absoluendi cum clausulâ *satisfactâ parte*, sufficit in foro conscientie ea satisfactio quam pœnitens in presenti potest præstare: vnde si non potest satisfacere sine graui iacturâ famæ, vel bonorum, potest absolui modò creditor non patiatur æquale damnum. Tunc autem quando non potest satisfacere, non sufficit vt det cautionem iuratoriam, sed debet dare pignoratitiam si possit, vel saltem fideiussoriam. Henriq. & alij. et si contrarium probabile sit. p.5.  
tr.9.

*Absolutio ab excommunicat. 11*

*tr. 9. ref. 1. & 39. p. 1. tr. 11. ref. 24.*

10 Percutiens Clericum etsi faciat iniuriam toti Ecclesiæ, vel Monasterio; tamen satisfaciendo percusso, censetur satisfacere parti; quia eius est condonare quem præcipuè tangit iniuria. *Auila. p. 1. tr. 11. ref. 23.*

11 Absolutus ad reincidentiam reincidit sine nouâ culpâ. *Hurtad. & alij 4.* Imò quamuis pars in cuius fauorem terminus reincidentia additus est eum prorogaret. *Sanch. & alij.* Est tamè probabile semper requiri nouam culpam. *Henriq. & alij 3. p. 5. tr. 9. ref. 14. 22. & 15.*

12 Qui moriens dedit signa contritionis, potest etiam post mortem absolui, sed ab eo solo qui habet potestatem ordinariam, quia tunc transit articulus mortis. *Villalob. ibid. ref. 24.*

13 Absolutio ab excomm. facta ex vi priuilegij valet etiam pro foro externo vt non habeatur excommunicatus, quamuis in priuilegio dicatur *in foro conscientia tantum.* sed iudex potest nihilominus de crimine illo cognoscere, & pœnitentiã foro contentioso accommodatam imponere. *Suar. & alij. ib. ref. 13.*

14 In absolutione non obseruare cæremonias solùm est veniale. sed Mendicantes

dicantes habent priuilegium sine illis absoluendi. Quod si detur petenti, satis est dicere: *Ego te absoluo*, non exprimendo censuram, quia determinatur significatio per petitionem: secus verò si detur non petenti. *Suar. & alij 4. ibi. ref. 23. & 31.*

Vide *Censura.*

*Absolutio ab hæresi.*

1 **C**onfessarius virtute alicuius Iubilæi non potest ab hæresi occultâ absoluere pœnitentem, modò non sit purè mentalis: Sic habet stylus Curix Rom. & ita fuit à Gregorio XIII. declaratum. *Suarez & alij 10. Contrarium tamen docent viri doctissimi. Fagund. & alij 10. p. 1. 17. 5. ref. 1.*

2 Episcopus vigore Concilij Trident. posse ab hæresi occultâ absoluere, nec per bullas cœnæ illi potestati derogari, putant DD. multi, *Granad. & alij 14. sed ego cum Sanchez & aliis 29. contrarium puto probabilius. ibid. ref. 2. & p. 4. 17. 4. ref. 239.*

3 Prælati Regulares non tantùm sæculares absoluere non possunt ab hæresi occultâ, sed ne suos quidem subditos. *Sanch. & alij. Nec de hoc iam dubitari*

bitari potest ob decretum Sac. Cōgreg. et si contrarium doceat Suar. & alij. Potest tamen hereticus Regularis, non solum ab Inquisitore absolutionem obtinere, sed ex licentiâ superioris, vel etiam cum superior eam iniuste negaret, se subiicere Episcopo, & ab illo (iuxta sententiam DD. prioris partis §. super.) ab excommunicatione occultæ hæreseos absolui. Molin. & Pontius p. 1. tr. 5. ref. 6. & p. 3. tract. 2. ref. 122. & p. 6. tr. 6. ref. 54. & tr. 7. ref. 63.

4 Inquisitores tamen saltem Inquisit. Hispan. possunt absoluere ab hæresi, non solum in externo, sed etiam in foro conscientiæ; ita ut quilibet Inquisitor possit eam facultatem cuiuslibet Confessario impertiri. Sanchez & alij 16. p. 1. tr. 5. ref. 3 & p. 4. tr. 8. ref. 35.

5 Potest Episcopus committere Confessario monasterij ut absoluat Monialem ab hæresi externâ, quia reservatio non spectat ad illas quæ impeditæ sunt adire Sedem Apostolicam. Homobonus. p. 4. tr. 4. ref. 89.

6 Hæreticus occultus, qui non potuit ab Episcopo, seu Inquisitore obtinere absolutionem, ad maiorem Pœnitentiarium Romam mittat; potestque in-

interim ad vitandam infamiam, aut scandalum, si Sacerdos est, celebrare; si autem laicus, Eucharistiam sumere, eliciendo prius actum contritionis. At si se id posse diffidit, confiteatur, & à Confessario absoluator. Nauarr. & alij 3 p.1. tr.5 resol.4.

7 Si quis committat crimina spectantia ad tribunal S. Inquisitionis, modo non habeat errorem in intellectu, poterit à quocumque Confessario virtute Bullæ Cruciatæ absolui; hæc enim Bulla solam excipit hæresim. Suarez & alij 6. Idemque posse Regulares visuum priuilegiorum docent Portel & Freitas: cum enim possint absoluere à reseruatibus Sedi Apostolicæ, quidni poterunt à reseruatibus inferiori Tribunali? Ego tamen nihil definio. *ibid* ref.7. & 8.

*Absolutio moribundi.*

1 **M**oribundus qui nutibus tantum petit à Confessario absolutionem, est absolueendus. Neque enim Deus à nobis exigit aliam confessionem, quam quæ nobis hîc & nunc possibilis est. Suarez & alij 16. p.3. tr.3. ref.1.

2 Moribundus qui usu sensuum amisso edit pœnitentiæ signa, est absolueendus

3  
2  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

3. Idem dicendum de eo qui genibus Sa-  
cerdotis aduolutus, peccata confesu-  
rus subitâ apoplexiâ corripitur Si tamē  
id contingeret Sacerdoti in fine In-  
troitus, qui sano corpore Missam in-  
choasset, non videtur absoluendus,  
quia illa generalis cōfessio quam fecit,  
non fuit sacramentalis. *ibid. ref. 2. & 3.*

3. Moribundus qui absente Confessa-  
rio confessionem petit, vel signa pœ-  
nitentiæ dedit, aliquo id testante, est  
absoluendus: quia hoc ipso fatetur se  
peccasse, petitque ut adstantes tamquā  
suz voluntatis interpretes id Sacerdoti  
renuntient, ab eoque pro se absolutio-  
nem petant. D. Thomas & alij 32. Ne-  
que requiruntur plures testes, sed vnus  
sufficit. *ibid. ref. 4 & 5.*

4. Si verò testes absente infirmo sen-  
sibus destituto, renuntient Sacerdoti  
illum petiisse confessionem, vel signa  
contritionis ostendisse, non potest Sa-  
cerdos illum absolvere, etiamsi adhuc  
viuum inueniat. Quia moribundus cō-  
fiteretur per nuntium absenti Sacerdoti,  
quæ confessio Clementis VIII. Decreto  
dam.

damnatur. Turrian. & alij 12. Contrarium tamen etiam probabiliter docet Bonacin. & alij 6. *ibid. ref. 7.*

5 Si Sacerdos excepit confessionem alicuius in mortis periculo constituti, nec illum absoluit, & paulò post superueniens inuenit illum sensibus destitutum, viuum tamen, potest illum absolvere dummodo non constet ægrum mutasse voluntatem. Zambran. & Chapeauil. *ibid. ref. 6.*

6 Si infirmus amisso rationis usu, nullum antea dedit pœnitentiæ signum, nullo modo est absolendus, licet alioquin bene vixerit. Quia actus iudicialis non exercetur vbi nulla præcessit accusatio. Malder, & alij 11. Contrarium tamen saltem extrinsecè est probabile ex auctoritate Homoboni & alior. 3. *ibid. ref. 8. & p. 4 tr. 4. ref. 92.*

7 In casibus supradictis, in quibus moribundus potest absolui, Sacerdos non tantum potest, sed etiam ratione caritatis tenetur illum absolvere. Vasquez & alij 9. *p. 3 tr. 3. ref. 9.*

8 Quando confessarius in illis casibus absoluit ex opinione probabili, non est necesse vt absoluat sub conditione: quia hoc tantum debet fieri in dubio

pro-

propriè dicto, non autem in opinione.

Vasqu. & Sancius *ibid. res. 10.*

Vide *Articulus mortis.*

*Adulter.*

1 **C**onjugatus qui delectatur de copulâ imaginariâ cum vxore alienâ, non solum peccat contra castitatem, sed etiam contra iustitiam: quia coniux per matrimonium non tantum corpus, sed etiam affectus coniugij obligauit. *Bonacin. p. 3. tr. 6. res. 73.*

2 Adulter qui suscepit prolem ex alterius vxore, probabiliter non tenetur ad resarciendum damnum legitimis filiis, modò ipse non fuerit auctor suppositionis. Tenetur tamen restituere alimenta proli impensa à tertio ætatis anno, *Sotus & alij 2. p. 2. tr. 17. res. 35.*

3 Non tenetur vxor pecunias per adulterium partas, marito, aut alteri restituere; quia damnum per adulterium illatum non est pecuniâ estimabile: neque leges adulterium prohibentes, reddunt irritam illam acceptionem. *Bonacin. & alij 2. ibid. res. 7.*

4 Ecclesiasticis legibus non licet vxorem in adulterio deprehensam occidere: nam ex contrariâ sententiâ expo-

B

neretur

neretur manifesto periculo æterna fa-  
lus sic interfectorum. Pontius & alij  
48.p.3.tr.4.ref.223.

*Aduocatus.*

1 **A**Duocatus non tenetur de culpâ  
leui; vnde si contingat eum causâ  
cadere, eò quòd non præstitit quod di-  
ligentissimus præstitisset; tamen si præ-  
stitit quod solent diligentes, & docti  
in similibus causis, nō tenetur ad resti-  
tutionē. Lessius & alij 8.p.2.tr.15.ref.59.

2 Potest aduocatus ex opinione pro-  
babili, relictâ probabiliori, patrocinari  
causæ actoris, etiam vbi agitur de san-  
guine, honore, aut amissione omnium  
bonorum. Sanch. & alij 3. Imò etiam si  
causa sit dubia, non peccat illam susci-  
piens. Quia aduocatus nō profert sen-  
tentiam, sed solum proponit quæ vi-  
dentur causæ profutura. Malder. & alij  
6.p.2.tr.13.ref.4. & 6.

3 Secundùm Sancium potest aduoca-  
tus in praxi tutò amplecti opiniones  
Antonij Fabri, Duareni, Cuiacij, &c. si-  
milium iuriconsultorum: putat enim  
speculatiuè veras seu probabiles, etiam  
practicè esse tales. *ibid* ref.5.

4 Quando litigantes conduxerunt  
Ad-

Aduocatos, & procuratores ad annum, vel annos, cum pacto dandi certam annuam mercedem, seu salarium ad omnes causas quas habent, vel habituri sunt: si nulla causa inciderit illo anno agenda, non sunt illi aduocati, seu procuratores suo salario fraudandi; potest tamē aliquid detrahi arbitrio boni viri: si tamen aduocatus eius esset ingenij, vt mallet laborare quàm feriari, nihil videtur detrahendum. *Rebell. & alij 4. ibid. tract. 15. ref. 42.*

5 Potest in foro conscientix Cliens pacisci cum Aduocato de quotâ litis; & quando abest præsumptio fraudis, cessat obligatio legis id prohibentis. *Hombon. & alij. ibid. tr. 16. ref. 47.*

## Æger.

1 **Æ** Ger etiam si ob id quod comedit credat sibi obuenturum aliquod nocumentum non ita magnū, videlicet dolorem capitis, vel febrim aliquanto maiorem, non peccat mortaliter, imò neque si illud intenderet: quia nocumentum non est magnum. *Saneh. & alij. p 5 tr 3. ref. 135.*

2 Femina etiam aliàs moritura nō tenetur curationem ad verēda admittere

à viris, secus si à muliere adhiberi possit. Turrian. & alij. *ibid. ref. 138.*

*Æquiuocatio.*

**P**Otest aliquis ex iustâ causâ absque mendacio aliqua verba vsurpare, etiam si ex sua significatione nō sint ambigua, & in alium sensum detorquere, aliquo addito mente proferentis retento. Sic qui aliqua bona abscondit sibi necessaria, ne à creditore capiuntur, & sic cogatur mendicare, potest interrogatus à Iudice iurare se nulla habere abscondita, subintelligēdo, quæ manifestare teneatur. Item potest Confessarius proferre verba absolutionis absque intentione, ad fugiendam mortem sibi à pœnitente intentatam, ni absoluat. Item potest quis iurare latroni daturum se pecunias absque intentione dādi, vtendo hac retentione mentali: *dabo si tenear.* Item adultera rogata à marito an adulterium admiserit, potest negare, concipiendo mente alium diem ab eo quo illud admisit. Item veniens ex loco qui falsò creditur peste infectus, rogatus potest iurare se inde non venire, subintelligendo tamquam ex loco pestilenti; vel etsi veniat ex loco pestilenti,  
quan-

quando certò credit, nec se, nec aliquid suum peste infectum, potest enim intelligere, se inde non venire ita vt aliquid mali ibi contraxerit, &c. Eiusmodi autem æquiocationibus vt, addito etiam iuramento absque causâ, non est peccatum mortale; quia huic iuramento deest sola discretio, seu iudicium, modò ne id fiat in fraudem tertij, aut in iudicio, dum Iudex iuridicè interrogat. Sanchez & alij. p. 3. tr. 6. ref. 30.

*Aqua lustralis.*

**A**qua lustralis, seu benedicta, ex opere operato delet peccata venialia. Bellarmin. & alij 8 p. 3 tr. 4 ref. 61.

*Articulus mortis.*

**1** **Q**uæ opinio fuit probabilis in vitâ, est etiam talis in articulo mortis: quia inter opiniones in conscientiâ securas, vna non est securior alterâ quoad impeccabilitatē: neque enim maior potest dari securitas, quàm non peccare, quod sequitur ex quavis opinione probabili. Saneius p. 2. tr. 13. ref. 9.

**2** Infirmus in articulo mortis positus, non tenetur in rigore, & ex præcepto elicere actum contritionis de omnibus

peccatis mortalibus: sed sufficit confessio cum attritione cognita. Optimum tamen factu reor, in articulo mortis excitare perfectum dolorem de peccatis ob amorem Dei. Coninck & alij 4.p.3. tr.4.ref.98. & p.5.tr.3.ref.76.

3 Qui letaliter vulneratus non potest simul confiteri & curari, primùm confiteatur vnicum peccatum, & tunc medici curationem adhibeat, ac deinde si adhuc viuat integrè confiteatur: aut certè si medici nullo tempore curationem volunt intermittere, & periculum est mortis, sufficit si alta voce dicat se peccatorem vt possit absolui, quia non tenetur coram aliis etiam leue peccatum exprimere. Sancius p.5.tr.3.ref.56.

4 In articulo mortis potest quilibet Sacerdos etiã degradatus, imò & hæreticus, absoluerè à quibuslibet peccatis & censuris reseruatis, etiam ab hæresi. Est autem articulus mortis quodlibet probabile periculũ mortis, quod quis adit etiam sine necessitate. v.g. in bello iusto, longâ maris nauigatione, &c. vel à primâ die infirmitatis periculosa. Vasq. & alij 18. idque verum est etiam si præsens esset confessarius approbatus, vel habens ordinariam potestatem. Nauarr. &

alij 14. imò potest à tali petere absolu-  
tionem, cùm id possit facere sine pec-  
cato, si velit, & cùm possit petere, te-  
netur, nisi fortè esset periculum scan-  
dali, vel peruersionis ab hæretico. Hur-  
rad. & alij 3. p. 3. tract. 4. ref. 57. p. 4. tr. 4.  
ref. 235. & p. 5. tr. 3. ref. 57. 65. 59. 60. & 58.  
Debet tamen sic absolutus à censuris, si  
superuixerit, se præsentare summo Põ-  
tifici; nam cum hoc onere absolutus  
censetur sub pœnâ reincidentia: quod  
si nolit, potest iterum absolui ab habē-  
te legitimam potestatem. Suar. & alij 3.  
sed hoc onus non est necessariò sub  
iuramento imponendum. imò aliqui  
generatim negant illud, nisi quando  
censura habet onus satisfaciendi cau-  
sæ propter quam incurritur. Nauar. &  
alij 2. p. 1. tr. 5. ref. 5. & p. 5. tr. 3. ref. 67. &  
tr. 9. ref. 67. & tr. 14. ref. 59.

5 Damnati ad mortem censendi sunt  
esse in articulo mortis, non autem qui  
sunt in triremibus, nisi adeant pericu-  
losam nauigationem, vel pugnam na-  
ualem. Hurtad. & alij Item banniti qui  
à quouis impunè possunt occidi, nisi  
quando habent saluum conductum.  
Belloch. & alij 2. p. 5. tr. 3. re. 61. 62. & 64.

6 Non quælibet mulieres parturien-

res, censentur esse in periculo mortis, ita ut possint à censuris, & reseruatis absolui: sed illæ tantum quæ numquam pepererunt, vel quæ difficiles & periculosos partus habere solent. Sanchez & alij 12. p. 3. tr. 4. res. 72. Sed de quibusuis, saltem in ipso partu, id docet Hurtad. & alij 2. p. 3. tr. 4. res. 72. & p. 5. tr. 3. res. 63.

B.

## BAPTISMVS.

1 **I**lla quantitas aquæ sufficiens est ad Baptismum, quæ potest contingere corpus, & successiuè fluere per aliquam eius partem. Vasq. & alij 3. Illa autem aqua esse potest ex sale, niue, aut gelu liquefactis; est enim essentialiter aqua. Idem dicendum de aquâ quæ ex ollâ euaporatur & hæret in tegumento, & quæ hyeme ex lapidibus, & parietibus manat. Ille tamen humor qui ex vite, aut arbore fluit, non videtur esse aqua, quamquam in casu necessitatis, ad baptismum adhiberi potest. Henricq. & alij. p. 3. tr. 4. res. 5.

2 Moribundo infanti Baptismus impendi debet etiam in materiâ dubiâ, ut  
iure